

quos de Vergilio fecit, bidētes appellari scripsit hostias, q̄ per ætatē duos den/  
 A tes altiores haberent, p̄ q̄s ex minore in maiorē transcendisse cōstaret ætatem.

Iterz quærit Auienus, his v̄sibus, Frena Pelethronij Lapithæ gyrosq̄ de- Gell. li. 18. c. 5.  
 dere Impositi dorso, atq̄ eq̄tem docuere sub armis Insultare solo, et gressus glo/  
 merare sup̄bos, cur Vergilius equi officiū eq̄ti dederit. Nam insultare solo, &  
 glomerare gressus, equi cōstat esse, nō eq̄tis. Bñ, inq̄t Seruius, hæc tibi quæ/  
 stio nata ex incuria ueteris lectionis. Nā q̄a seculum n̄m ab Ennio, & om̄i bi-  
 bliotheca uetere desciuit, multa ignoramus, q̄ nō laterent, si ueterz lectio nobis  
 esset familiaris. Om̄es em̄ antiq̄ scriptores, ut hoīem eq̄ insidētem, ita & equū Eques.  
 cum portaret hoīem, eq̄tem uocauerūt, & eq̄tare nō hoīem tm̄, sed equum q̄q̄  
 dixerūt. Ennius lib. annaliū VII. ait: Deniq̄ ui magna quadrupes eques, atq̄  
 B elephāti Proijciunt sese. Nunq̄d dubiū est, quin eq̄tem in hoc, ipsum equum di/  
 xerit, cum addidisset illi epitheton quadrupes. Sic & eq̄tare, q̄d uerbum è uo-  
 cabulo eq̄tis inclinatū est, & homo utens equo, & equus sub hoīe gradiens, di/  
 cebat. Lucilius nanq̄ uir apprimè linguæ Latinæ sciens, equum & currere &  
 eq̄tare dicit hoc uersu: Nempe hunc currere equū nos atq̄ eq̄tare uidemus. Er/  
 go & apud Maronē, qui antiquæ latinittatis diligens fuit, ita intelligendum ē,  
 Atq̄ equitem docuere sub armis, id est docuerunt & equum portantem homi/  
 nem insultare solo, & gressus glomerare superbos. Subiecit Auienus: Cum  
 iam trabibus contextus acernis Staret equus. scire uellē in equi fabrica casu ne  
 an ex industria hoc genus ligni nominauerit. Nam licet unū pro q̄libet ligno  
 C ponere poëticæ licentiæ sit, solet tamē Vergilius temeritatem licentiæ nō ama/  
 re, sed rationis certæ uim in rerz uel nominū electione seruare.

*Dolendum erat profecto, ne hunc quidem librum haberi integrum, si, quæ in prioribus libris desiderantur, non ita magni essent momenti. Nunc quemadmodum grauiores nonnunquā morbi esse solent in causa, ut qui deinde morbi accedunt, non facile sentiatur, ita præcedentiū librorum hiatus, tanto nimirū studiosos omneis dolore afficiunt, uti hic uix ullus esse possit dolori locus.*

# MACROBII AVRELII

THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLV/  
 stris Saturnaliorum liber septimus.

stris Saturnaliorum liber septimus.

D Quando, & quibus de rebus philosophandum in conuiuio. Caput .I.



RIMIS mensis post epulas iam remotis, & discursim uarian/  
 tibus poculis minutioribus, Prætextatus, solet cibus, inquit,  
 cum sumitur tacitos efficere, potus loquaces. At nos & inter  
 pocula filemus, tanquā debeat serijs uel etiam philosophi-  
 cis carere tractatibus tale conuiuium. Et Symmachus, Ve/  
 rum' ne ita sentis Vecti, ut philosophia conuiujs intersit: &  
 non tanquā censoria quædam, & plus nimio uerecunda materfamiliâs pene/  
 tralibus suis contineatur, nec misceat se Libero, cui etiam tumultus familiares  
 sunt, cum ipsa huius sit uerecundiæ, ut strepitum non modo uerborum, sed ne  
 cogitati-